Extract of a Letter written to the Publiſher, concerning a Factitious Stony matter or Paſte, ſhining in the dark like a glowing Coal, after it hath been a little while expoſed to the Day- or Candle-light.

Clariſſimo Viro

Domino *Henrico Oldenburgio*, Illuſtriſſimæ Soc. Regiæ Secr.

Salutem & obſervantiam

Chriſtianus Adolphus Balduinus.

Quanquam elapſo proximè anno officioſiſſimè ſcriptas tuas literas teſtari continuò debuiſſem quanti facerem, religioni tamen duxi id facere, antequam Phoſphorum meum modis omnibus abſolutum darem conficerémque: Quod cùm non multò ante præſtiterim, ecce Tibi eundem in theca argentea inaurata; quem, ceu munus exiguum, ſi fas ſit petere à Te, humillimâ ſubjectione deferre velis cum ipſi Regiæ Majeſtati *tanquam Fundatori & Patrono* Societatis Veſtræ, *inprimis; tum verò Ejuſdem Præſidi Illuſtriſſimo, cæteriſque Aſſeſſoribus & Collegis graviſſimis; nihilque intermittere velis, quodcunque vel Clementiæ Regiæ, vel Favori tantorum Virorum conciliando facere arbitreris. Latet in Phoſphoro iſto ignis & luminis Naturæ realis ſcintillula, imò ſecretiſſima anima, proindéque intrinſecus atque inviſibilis Sophorum ignis, viſibilem Solis ignem magneticâ ratione attrahens, ſplendorémque ipſius viciſſim in Tenebris emittens ejaculanſque. Quo iſtud accedit non minùs mirum, Signaturam nempe Solis contineri in Univerſali iſto Magnete unde confectus idem ille Phoſphorus eſt; quod quidem ex adjuncto Schemate Phænomeni* * *(per dies aliquot durante) liquidiſſimè patet.*

[* Hoc phænomenon repræſentat in vaſe vitreo complures imagines Solis, majores, minores; in quas materia, ab Authore noſtro adhibita, jucundiſſimo, ut videtur, ſpectaculo, abiiſſe conſpecta fuit.

Atque

Downloaded from https://royalsocietypublishing.org/ on 22 June 2021

Atque inde non eſt, quod ſubjecto iſto uti deſiſtam in Chymicis meis laboribus continuandis, quòd multò majora mihi propediem digniorâque ex ſe ſpondeat, quorumque magis arcana ratio. De quibus omnibus, philoſophicâ conſuetudine, Societati Illuſtriſſimæ relaturus per literas ſum quæcunque certis Experimentis comperero. Servet te Deus, & me porrò affectu tuo complectere. Scrib. Haynæ, *d.* 1. Sept. 1676.

THis Preſent being, according to the tenour of this Letter, preſented to his *Majeſty*, and afterwards to the *R. Society*, it fully juſtified the generous Preſenter in the Experiment, made before them both, at ſeveral times; and that not only by Day-light, even when the Weather was gloomy and miſty, but alſo by the Flame of a Candle. And 'tis hoped, that the ſaid Preſenter will ſo far extend his generoſity, when he ſhall underſtand the gracious acceptance his Preſent had with the Royal Founder of our Philoſophical Company, and the pleaſure, it gave to the Gentlemen that compoſe it, as to impart to them the way of preparing the ſame; to be Recorded in their Regiſter books, as a perpetual Monument of his ingenioſity and frankneſs.

An Account

Downloaded from https://royalsocietypublishing.org/ on 22 June 2021